

laudibus^a ferrent: ^b reddendamque gratiam in acie faterentur. simul perfidos & ruptores pacis vltioni & gloriae maſtandos. Inter quæ vnus hostium Latinae linguae sciens, acto ad vallum equo, voce magna, coniuges, & agros, & stipendiū in dies, donec bellaretur, ſeſtertios centenos, ſi quis tranſ fugiſſet, Arminii nomine pollicetur. Incendit ea^c contumelia legionū iras, veniret dies, daretur pugna, ſumptuū militē Germanorū agros, tracturum coniuges: accipere omen, & matrimonia ac pecunias hostium preda destinare. Tertia ferme vigilia adſultatum eſt caſtris, ſine coniectu teli, poſtquam crebras pro munimentis cohortes, & nihil^d remiſſum ſenſere.

^e Nox eadem latam Germanico quietem tulit, viditque ſe^f operatum, & ſanguine ſacro reſperſa prætexta, pulchriorem aliam manib⁹ auia Auguſta accepiffe. Auctus omine, addicentibus aſpiciis, vocat concionem, & quæ^g ſapientia præuifa, aptaque imminentि pugnae diſſerit. ^h Non campos modō militi Romano ad prælium bonos, ſed, ſiⁱ ratio adſit, ſylvas & saltus. ^j nec enim immensa barbarorum ſcuta,

¹ De fita, di-
ligentiq[ue] cul-
toda, & vigi-
liae.

² Sacris.

^k Quas framæſſa
Germani vocat
lib. de morib.
Germ.
⁴ Sic lib. de
morib. Germ.
paucis loīce:
vix vni, alteri
u. callis, au
galea.
⁵ Sic li. de mo
rib. German.
ſcuta tātū le
ctissimis colo
ribus ditti
gant.
⁶ Ante primā
aciem pedites
ex omni inue
rare defecos
Germani locat.
ibid.

enormis^l haftas inter truncos arborum, & enata humo virgulta perinde haberi quām pila, & gladios, & harentia corpori tegmina: densarent iectus, ora mucronibus quererent: non^m loticam Germano, non galeam: ne ſcuta quidem ferro, neruoue firmata, ſed vimum textus, vel te
nuiſ, & fucatasⁿ colore tabulas.^o primam vtcunque aciem haftatam: cæ
teris præuſta aut breuia tela, iam^p corpus, vt viſu toruum, & ad breuem

O B S E R V A T I O N E S.

^a Ea demum vera laus dici debet, quæ ultro tribuitur ab iis, qui dictorum, & facto
rum eius ſunt oculati testes. certe vera laus imperatoris ab exercitu proſecta omni triumpho an
teponi debet.

^b Que maxima gratia optimo imperatori ab exercitu reddi potest, non alia eſt, quām vt in iacie
miles fortem, ac strenuum ſe preſlet.

^c Contumeliam is mihi infert, qui me inuitat ad coeundam ſceleris ſocietatem.

^d Neque nouum, neque absurdum eſt, ea factō comprobari, que magno alicui viro ſecundum
quietem viſa ſunt.

^e Is cui commiſſus exercitus eſt, non temerè concionem alloqui; ſed priuſ ſapienter præuidere quod
factō opus eſt, mox id in concione cum res, tempuſque poſtulat, diſſerere debet.

^f Bono militi ac strenuo ſingula loca ſunt bona ad prælium.

^g Cum omnia mortalium, tum vero potiſſimum res bellicae non temeritate, ſed ratione admiſſi
ri debent.

^h Bonus dux exercitus is merito dici potest, qui pro ratione temporis, locorum, armorum, tam hosti
lium, quām fuorum, militem quomodo in acie ſegerere debeat, docet.

ⁱ Quemadmodum ignauit militis hec eſt vera deſcriptio, ut corpus habeat viſu quidem toruum, ſed
ad breuem impetum validum; deinde ſine cura ducum abeat, fugiat, pauidus aduersis, inter ſe
unda non diuinis, non humani iuriis memor; ita bonus, ac strenuus miles is dicendus eſt, qui ſtatuta eſt
militari, vultu non toruo, ſed grato, neque tamen molitatem indicate; qui diu irruentis hostis im
penus ſuis viribus ſuſtinet; qui vulneratus prælio non excedit; qui duci obsequitur, eiique in periculo
ubique comes adſit, atque aduerso corpore pugnat; in aduersis intrepidus; inter ſeunda non inſi
lens, ſed modeſtus eſt.

impetum